

iis doceatur, ad totam essentiam diuinam, hoc est, ad singulas tres personas diuinas, creationem esse referendam.

Virtus et potentia creatrix, hactenus DEO PATRI per clarissima S. Scripturae loca a nobis vindicata, est eadem illa potentia et virtus, per quam coelestis pater filium suum, olim in crucem actum, et in cruce mortuum, in vitam reuocauit. Est enim Christus resuscitatus *εκ νεκρων δια της δοξης τε πατρος*, Rom. VI, 4. Virtus et potentia, per quam, sibi a Patre datam, Iesus seipsum viuificauit, Ioh. X, 18. c. V, 21. et olim mortuos e sepulcris euocabit *κατα την ενεργειαν τε δυνατοσ αυτου και υποταξαι εαυτω τα παντα*. Phil. III, 21. Hanc, CIVES OPTIMI, diebus festis, in memoriam resurrectionis CHRISTI celebrandis, sancta mente pensitate, vosque per similem diuinam potentiam a morte spirituali in vitam nouam reuocatos esse, ostendite *εν καινοτητι ζωης περιπατηντες*, sacra DEI praepotentis atria diligenter frequentaturi, verbi ministros ad aram stantes honoraturi, summique Dei, Patris et Filii, cum Spiritu Sancto, laudes decantaturi, et ad sepulcrum Sospitatoris, ad dextram patris nunc sedentis, religiosissime adoraturi.

P. P. in vigiliis Paschalibus, A. R. S.
cIo Io CC XLIX.

WITTEBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI,
ACADEMIAE A TYPIS.



coll. Dross. A 144, 30